82
R.P.R. MIN. SERV. DEPOZIT ARHIVELOR STATULUI

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie &c. Rex semper Augustus, Infans Hispaniarum, Archidux Austrie &c.
Recognoscimus per presentes nostras, Quod cum fideles nostri Spectabilis et Magnifici Joannis Baptista Castaldus, Marchio de Cassano, ac Serenissimi
principis Maximiliani Regis Bohemie, filij nostri charissimi tunc in Hungaria locumtenentis generalis, Necnon Comes Thomas de Nadasd perpetui
terrae fogarasi et Comitatus Castriferrei Comes, ac tunc Judex curie nostre, nunc vero Palatinus et Judex Comanorum, &c. superioribus
annis in Transylvania, tanquam Commissarij nostri expeditis, fidelem nostrum egregium et Agilem Nicolaum Cornis de Zenthpal, pro
eius fidelitate et obedientia nobis oblata, fidelibusque seruijs nobis et regno exhibitis, de gratia nra seruum reddere volen. Totalem
possessionem nram Darocz vocatam, ad sedem nram Saxonicalem Kewhatom pertinentem, vigore et authoritate plenae mandati nostri tunc
ipsis dati et concessi, certis conditionibus in literis eorum specificatis dederint et contulerint, ac idem Nicolaus fornijs Nobis pro
confirmatione earundem literarum nunc humillime supplicarit, Nos considerantes bona et possessiones Saxonicales corone huius
regni nostri speciale esse periculum, neque illas ab eadem regni nri corona transferre alienarique nobis licere. Eundem Nicolaum fornis
de gratia nostra aliter seruum reddere volentes, ipsum in eo asseruandum et certificandum duximus. Quibus et quamprimum, in partibus
ipsis regni nostri Transylvanie, aliqua bona sine iura possessionaria ad numerum usque Centum colonorum vacantia, ad sacram
dicti regni nri Hungarie coronam, consequenterque collationem nram Regiam, quorumque nomine, iure, et titulo, primitus post harum
emanationem devolui et condescendere contigerit, extunc pro prefata possione nostra Saxonicali Darocz, eosdem Centum colonos
vacantes, dicto Nicolao fornis ejusque heredibus et posteritatibus universis perpetuo tenen, haben et possidendos dabimus, et
conferemus, imo asseruamus, et certificamus, harum nostrarum vigore et testimonio literarum. Datum Posonij dominica nona die
mensis Aprilis, Anno Domini, Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo Quarto.

Nicolaus Olahus
Strigoniens

Ferdinandus Czáfár
Consensussa, az Johannes
Baptista Collaniojára, ugy
Kovinis Mihoslos vala
Assecurationja, de Facto
Dominio Possessionis Darez

R.P.R. CLUJ SECTIA ARHIVELOR STATULUI DEPOZIT

fol: 1 trata.

Anno 1554.

27

248